Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



97

Incipit ymnarius.

Deus creator omnium poli qz rector vestiens diem decoro lumine noctem soporis gratia. Artus solutos ut quies reddat laboris usui mentesqz fessas alleuet luctusqz soluat anxios. Gratis pacto iam die et noctis exortu preces voti reos ut adiuues ymnum canentes solvimus. Te cordis yma concinat te vox canora concrepet te diligat castus amor te mens adoret sobria. Ut cum profunda clausit diem caligo noctium fides tenebras nesciat et nox fideli luceat. Dormire mentem ne sinas dormire culpa noverit castos fides refrigeret somni vaporem temperet. Exuta sensu lubrico te cordis alta sompnient ne hostis inuidi dolo pauor quietos suscitet. Xpm rogemus et patrem xpi patrisqz spiritum unum potens pro omni foue precantes trinitas. Amen. Ad Compl. ymnus.

Jhesu redemptor seculi verbum patris altissimi lux inuisibilis custos tuorum peruigil. Tu fabricator omnium discretor atqz temporum. fessa labore corporum noctis quiete recrea. Te deprecamur supplices ut nos ab hoste liberes ne valeat seducere tuos redemptos sanguine. Ut dum graui incorpore breui manemus tempore si caro nostra dormiat ut mens saporem nesciat. Sit